



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m]
missa[rum] occurrentiu[m]**

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

vij De eo qui per totam noctem no[n] dormiuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34702

Secundum

fit hoc modo ieiunus. Quis possit perficere et celebrare. tamen non debet. quia graviter peccaret. Et ideo cum quis est plures missas eodem die celebraturus non debet sumere ablutiois vinum. nisi in ultima missa. ut inferius circa resolutionem ultimi dubij articulo quinto huius capituli latius dicitur

¶ Quid agendum sit si quis post missam inceperat recordetur se ieiunium soluisse.

Solo. Si recorderet hoc an psecratorem tutius est quod cesset. nisi graue scandalum timeat. si post consecrationem. pcedat et perficiat non obstante quod non sit ieiunus. quia pceptum de pceptione sacramenti maius est quam pceptum quod a ieiunis sumatur.

¶ Utrum transglutians reliquias que post comestionem in ore remanserunt possit celebrare.

Solo. Si casualiter transglutiantur non impediunt celebrationem. quia non traieciuntur per modum cibi. sed salivae cui permiscuntur. Si vero studiose id fiat abstinendum est.

¶ Quid si quis gargarisando. vel os mutando parum de aqua aut de vino transglutiat

Solo. Sicut in dubio precedenti.

v Si quis tarda hora comederit vel biberit et nondum digesserit illum cibum. utrum ei liceat celebrare.

Solo. Si ex hoc non reddatur multum indispositus ad debite celebrandum. tunc licet. Si vero ex hoc multum perturbet et indisponat tutius est ut abstineat. Unde dicitur glosa. circa canonem Nichil. vij. q. pma. Si quis etiam ante mediu noctis comederit. et adhuc sentiat eructationes ex non digestionem cibi. quod diu cibum sentit non celebrabit.

¶ Utrum patiens vomitum vel iam passus licite possit celebrare

Solo. Si quis ex infirmitate sustineat illam passionem. debet abstinere quousque sanetur.

¶ Quid si per totam noctem non dormierit

Solo. Sicut in precedenti dubio Dicit enim glosa in. c. pstituerit. de accu. de vinolcto qui in terna pnoctavit. et altera die nulla pmissa dormitione celebravit. quod non videtur ieiunus sed pransus celebrasse ppter indigestionem. Et glosa circa canonem sacramenta de psecra. dist. i. Ieiunium inquit celebrata digestionem.

¶ Resolvit quinque dubia circa celebrationis abstinentiam eiusdemque frequentiam occurrence. **Arti. liij.**

I Utrum liceat sacerdoti abstinere omnino a celebratione.

Solo. Si sacerdos per sententiam ecclesie sit ordinis exequutione privatus. vel si debilitate aut egritudine factus sit impotens vel ineptus ad celebrandum. tunc non tenetur celebrare. Si vero non sit privatus potestate celebrandi aut alias factus impotens tunc non licet ei omnino abstinere quin saltem teneri videat ad celebrandum in propriis festis. et maxime in illis diebus in quibus christifideles communicare consueverunt.

B ij

Dubium

Dubium